



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 119. Ludovicus Berquinus ad rogam damnatus, atque in foro Parisiensi combustus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

ribus casibus pro summo imperio Regni Sæcul. XVI.  
 res administrasset, perinde ac si non Mi- A. C. 1529.  
 nistri sed ipsiusmet Regis personam ge-  
 reret. Ejusdem quoque conditionis ce-  
 teri erant articuli, omnesque specta-  
 bant immoderatam agendi rationem,  
 qua Legati, Cancellarii necnon supre-  
 mi Ministri officiis abutebatur, favorem-  
 que, quo apud Regem plurimum vale-  
 bat, perperam in rem suam vertisse ar-  
 guebatur. Denique cum ad ferendam  
 sententiam inferioris quoque Curix Suf-  
 fragium requireretur, hinc eadem ac-  
 cusationum capita ad hoc tribunal de-  
 ferebantur, adjecta comminatione,  
 quod Volsæus ibidem nulla mora tan-  
 quam læsæ Majestatis reus damnandus  
 esset. Verum Thomas Cromwellus hu-  
 jus tribunalis membrum, cum Cardinali  
 ab obsequiis esset, Domini sui causam  
 tanta dexteritate animique constantia  
 defendit, ut illum hac saltem vice non  
 modo a periculo vitæ eximeret, sed ip-  
 sus etiam hac sua integritate Regis ani-  
 mum captaret, atque ab illo temporis  
 articulo magni haberi inciperet.

## §. CXIX.

*Ludovicus Berquinus ad rogam dam-  
 natus, atque in Foro Parisiensi  
 combustus.*

Jam anno Domini millesimo quingen-  
 R r 5 teli-



Sæcul. XVI.

A. C. 1529.

*Vid supra  
lib. CXXX.*

s. 85.

*Beze hist.**Eccl. p. 7.**Crespin. acta  
Mart.*

tesimo vigesimo sexto memoravimus, quod nonnulla Ludovici Berquini opera censoria virga fuerint notata; verum illorum Auctor offensionem, quam populo Christiano suis libris præbuit, tollere minime sollicitus erat; cum enim Francisco I. Galliarum Regi, quamvis falsas opiniones passim spargeret, percarus esset, illius benevolentia ex carcere dimittebatur; verum adeo non obtenta libertas eum ad saniora reduxit consilia, ut etiam Bedam, & Duchonium, qui eum prius accusaverant, in iudicium vocare, eosque velut Viros nulli Religioni addictos traducere præsumeret, quin imo ex Bedæ libris duodecim articulos decerpfit, eosque ad iudicium detulit. Sub idem quoque tempus datis literis Erasmus hortabatur, ut ipsi suam etiam jungeret operam, nec amplius calamum suum stringere differret, eoquod nunc propitia sese offerret occasio, imo etiam necessitasurgeret, ut tandem Doctores omni, qua in Ecclesia valent, auctoritate spoliet, eorumque nomini labem aspergat. Verum Berquinus ruinam suam evasisset, si tum prudens Erasmi consilium fuisset secutus. Hic enim eidem Auctor existit, ut tandem a cæpto desisteret proposito, Regnoque excederet. Attamen sanum hoc Erasmi monitum nullatenus



tenus movebat Berquini animum; hac Sæcul. XVI.  
 igitur pertinacia ejusdem hostes acrius A.C. 1529.  
 incitati duodecim Commissarios nomi-  
 nari fecerunt, qui contra eum iudicii  
 acta instruerent, eumque debita pœna  
 castigarent. Ergo tertia jam vice car-  
 ceri mancipatur, atque in eum pronun-  
 tiatur sententia, qua ejusdem libri com-  
 burerentur, ipse vero, postquam errores  
 ex suis operibus depromptos ejurasset,  
 eique lingua perforata esset, ad dies vi-  
 tæ in vinculis detineretur. Verum Ber-  
 quinus a lata in eum sententia ad sum-  
 mum Pontificem, Regemque provoca-  
 vit. Equidem Guilielmus Budæus vir  
 ceteroquin doctissimus, qui & ipse in-  
 ter iudices unus erat, per integrum tri-  
 duum nullum non movebat lapidem, ut  
 reum ad revocandos errores, vitamque  
 mortis supplicio eripiendam induceret,  
 nullatenus tamen ejus contumaciam fle-  
 tere poterat; quapropter Iudices con-  
 ventu habito illum ad rogam condem-  
 narunt, quod etiam supplicium die vi-  
 gesima secunda Aprilis hoc anno supra  
 millesimum quingentesimo vigesimo no-  
 no in Parisiensi foro fubiit.

## §. CXX.

*Censura contra quoddam Sueffionense  
 Breviarium.*

Hoc itidem anno Domini millesimo  
 quin-